MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS,

PASSIM IN IVRE TAM CIVILI, quàm Pontificio occurrentes.

Denuò integritati ſuæ reſtitutus,

HVIC ACCESSERE

Tituli, quę et Rubricę vulgò nuncupantur, in uni nerſum Ius Ciuile, ex HALOANDRI *recognitione aſcripti.*

Adiunximus pręterea libellum qui Flores Legum inſcribitur, cùm additionibus, & concordantijs Doctorum.

Omnia priſtino ſplendori reddita.

VENETIIS,

Apud Nicolaum Morettum. 1595.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS,

TAM IN LIBRIS CIVILIS, QVAM PONTIFICII, PASSIM occurrentes.

QVIA præpoſterus eſt ordo prius humana petere ſubſidia, vt illis deficientibus, diuini fauoris gratia poſtuletur, vt de conſe. diſt. j. c. omnis Chriſtianus. in fi. & in princ. Apparatus Io. And. lib. vj. imo vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. lxj. di. ca. miramur. j. q. 1. principatus. &c. cum Paulus. ideò diuino primitus implorato pręſidio cum Iuris vtriuſq; ſcientia tam legum, quàm canonum prætioſiſſima, non adminiculatiua, ſed principalis & ſacratiſſima. imo diuinitus inſpirata ſit, maximè competens principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæteriſque nobilibus, clericis atque generoſis perſonis iuriſdictionem, & iurium ipſorum manutentionē habentibus, ſtatui, vt huius vtriuſque iuris, ſcilicet Canonici, & ciuilis notitiam aggredi volentibus, tam in legendo quàm in ſtudendo, facilis, breuis, & planiſſimus pateat acceſſus in textibus apparatibus, ſummis, gloſſis, recollectis, & omnibus abbreuiaturis legum, & canonum ad omnipotentis Dei laudem, & iuniorum ſcholarium, ſacerdotum, & iuris alumnorum inſtructionem, quæ aliter fieri non habet, quam illorum informatio, quo ſcholaſticis doctrinis ſcholas fortè regendo ſua laboroſius oportet quærere nutrimenta. Attento, quod omnis proceſſus artium, & ſcientiarum generatiuus, ordinem in ſe debet habere, & propter vitæ humanæ inſufficientiam, breuitatem continere, talem vt ſequitur breuiſſimum inſtruendi

Ser.non ord.id eſt, ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſſione.
Fil.presb.ideſt,filijs presbyterorum ordinandis, uel nõ:
Ob ad rat.id eſt,obligatis ad rõcinia ordinandis vel non.
Corp.vici.ideſt.corpore uiciatis promouendis, uel non.
Biga id eſt,bigamis non ordinandis.
Cle.pe.ideſt,clericis peregrinis.
Of.archi.id eſt,officio archidiaconi.
Off.archipreſ.id eſt,officio archipresbyteri.
Off.pri.id eſt, officio primicerij.
Off.ſacri.id eſt,officio ſacriſtæ.
Off.cuſto.id eſt,officio cuſtodis.
Off. vica.id eſt,officio vicarij.
Off.dele.ideſt,officio,& poteſtate iudicis delegan.
Off.le.id eſt,officio legati.
Off.iud.or.id eſt,officio iudicis ordinarij.
Off.iud.id eſt,officio iudici.
Ma.& obe.id eſt,maioritate,& obedientia.
Treu.& pa.id eſt,treuga & pace.
Pac.id eſt,pactis.
Tranſac.id eſt,tranſactionibus.
Poſtu.id eſt,poſtulando.
Procur.id eſt,procuratoribus.
Syndi.ideſt.ſindico.
Ijs quæ vi me.ideſt,ijs quæ vi metusve cauſa fiunt.
In integ.re.id eſt,in integrum reſtitutione.
Ali.mu.iu.cau.fac.ideſt,alienatione mutãdi iudicij cauſa facta.
Arbi,id eſt,arbitris.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

Iudi.id eſt,iudicijs.
Fo.compe.id eſt,de foro competenti.
Li.ob.ideſt,libelli oblatione.
Mu.peti.ideſt,mutuis petitionibus.
Lit.conteſt.ideſt,litis conteſtatione.
Vt li.nõ cõteſ.id eſt, ut lite nõ cõteſtata non ꝓcedatur ad teſtium receptionem, uel ad definitiuam ſnīam,

Not. ꝙ in libris Clemen. & Decretalium ſunt tituli ſiue rubricę 42. In primo lib. 11. In ſecundo 11. In tertio 16. in quarto 1. in quinto 3.

Collige per verſus quid vult diſtinctio quæuis.
Vt videat quiſquis diuinum ius hominiſque.
Vtque ſciat, per quæ conſiſtunt iura Quiritum.
Et cur dicatur res eccleſiaſtica canon.
Regum cur fuerint à primo condita iura.
Nec liceat cuiquam ius naturale mouere.
Hæc mala peccati diſtinguit ludificati.
Ex hac cognoſces, qui leges compoſuerunt
Re qua ius naturæ a conſuetudine differt.
Vt naturali cedant, quæ conſtituuntur.
Sic legi regum, lex præualet eccleſiarum.
Mandato iuris & legum uincitur vſus.
Omnia iuſtitiæ diſcretio prouida penſat,
Non diſpenſatur vbi naturale patet ius.
Si nec agas leuiter, quòd quis uitet grauiora.
Tempus in hac diſce, quo canon cœperit eſſe.
Reſpicias quot erant, & eos, qui conſtituerunt,
Actor ſit Papa, ſi concilium celebrandum.
Dicitur hic, quod bis ſynodus celebratur in anno.
Hæc monſtrat, quid Decretalis epiſtola poſſit.
Tanto quis valeat, quo quis rationibus inſtat.
Summos ſeu minimos, recitans locat inferiores.
Iſta locum diſtinguit, & ordinat eccleſiarum.
Conſecrat hæc omnes maiores, ſiue minores.
Diſcutit iſta genus, patriam, vitamque ſacrandi.
Hæc dat cuique ſuum, veniale ex crimine diſtans.
Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola.
Hæc Auguſtinus nubentis vota requirit.
Iſta ſacratorum contractum damnat & odit.
Hoc locus & cauſa, tempus, perſona notantur.
Contradicit & hæc per concilium Manichæis.
Tangit & hæc quæ contineant offerre volentes.
Inſtruit hæc, leuita minor, quòd contineat ſe.
Ordo ſacer non detur ei, ſi quis bigamus ſit.
Fœmina pontifici, perſona domeſtica non ſit.

FLORES LEGVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

CVM ADDITIONIBVS, & concordantijs Doctorum:

Per D. Lucium Paulum Roſellum, Patauinum I. V. D. denuò recognitis, & additis.

ANte primum nihil eſt, in proœ. ff. eo. §. nos vero, & ff. de verb. ſign. l. proximus.
Ad præſens oua, cras pullis ſunt meliora. ff. de tranſac. l. cum hi.
Aliquis firmiter non debet aſſerere quod ignorat. ff. de act. empt. & vendi. l. Iulianus. §. quidam tamen.
Artifex commendat opus ſuum. ff. de in integ. reſti. l. 1.
Artifex præſumitur viuere ex artificio, glo. in l. ſi quis argentum. C. de dona. in verbo quantum.
Anima eſt præferenda cæteris rebus. C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus penult.
Audacia quæ uertitur circa licita approbatur. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. videndum, ſed audacia circa illicita reprobatur. l. ſi quis in tantam. c. vnde vi.
Animalia naturalis iuris petitia cenſentur. l. 1. ff. de iuſti. & iure. §. penul.
A iure naturali deſcendit maris & fœminæ coniugatio, & liberorum procreatio, & educatio. l. 1. §. penul. ff. de iuſti. & iure.
Ab omni malitia ſerui prohibētur, alioquin capite puniuntur. ff. de re mil. l. ab omni.
Alicui non prodeſt, nec nocet iuſiurandū inter alios factū. l. 1. ff. ſi mulier in poſſeſſione ventris nomine ca

uea-